Concludeergo hec vt aliquid reportes si ambo coniuges confitentur frigiditatem vidisti supra quid iuris. Si autem mulier asserit frigiditateꝫ ⁊ vir negat hic est aduertenduꝫ: aut mulier modicuꝫ cohabitauit ⁊ voco modicum vsqȝ ad duos menses. ⁊ dico quod si probet se virginem ex aspectu corporis ⁊ cum hoc probat frigiditateꝫ per veruꝫ iudiciuꝫ: ⁊ dico per veruꝫ iudicium fm diuersitatem casuuꝫ. De quibus dixi. s. quādo confitetur vterqȝ ꝙ separantur. ⁊ sic ꝓprie loquit̄ hec decre. Aut ipsi cohabitauerunt diu ⁊ sic nō proclamabit in ipsa rei voluntate ⁊ proclamat postea sola mulier viro asserente copulaꝫ. ⁊ dico diu si per annuꝫ vel dimidiū: ⁊ tunc hic aduerte aut mulier nō erat virgo quādo cōtraxit ⁊ non admittit̄ ad probanduꝫ ex suo aspectu. ⁊ sic potest intelligi secunda pars huius decre. sed bene p aspectum viri si defectus est euidens vt q̄ habet membruꝫ aridū vel ad modū verucis: quod porrū vocat̄. Cauendū est tum ab illis qui habent retractum in corpore ⁊ consueuerūt mēbrū contrahere ⁊ longū emittere admodum animalis hoc casu aduertitur ad probandum. Aut mulier est virgo ⁊ diu cohabitauit ⁊ est virgo. Hic doc. sunt varij. Primo videtur velle quod audiatur probans se virginē. Secundo dicunt sup glo. contrariū. Credo quod si velit ꝓbare se virginem solo aspectu ꝙ non admittitur: quia per hoc nō concluditur necessario impotētia viri si vellet ꝓbare se virgineꝫ aspectu ⁊ euidentiam defectus mēbri mariti. dico ꝙ potest ⁊ hoc voluerunt doc. hic. Si vult solū probare per aspectuꝫ ⁊ manuꝫ propinquorum. ⁊ doc. hic videntur inclinare ꝙ nō potest. ⁊ sic in hoc vltimo ꝯfidat hic Inno. ⁊ hoc est tutius fauore matrimonij. Host. autem dicit ꝙ mulier poterit probare ⁊ debet admitti se probando virgineꝫ aspectu corporis ⁊ per iuramenta ꝓpinquorū. ⁊ etiaꝫ per expectationē triennij ⁊ cōcludunt hic multiplicē fore probationē frigiditatis. Quandoqȝ probatur per aspectum corporis. Quandoqȝ per iuramenta ꝓpinquorū. Tertio per expeditionē triennij. dicunt tamē doc. quod discretus iudex ꝓuidebit ꝙ potius supabundant ꝓbatiōes q̄ deficiant cū hec sit causa periculosa. verū si videtur ei ꝙ vnū vel duo argumenta nō sufficiant. faciet prestare tertiū secundū Inno. ⁊ Host. ¶ Quid si mulier excluso corporis aspectu cum septima manu ꝓpinquoꝝ ꝓbauerit virū ipotenteꝫ: ⁊ vir cū alia septima manu velit ꝓbare se potētē an est admittēdus. Inno. dicit ꝙ sic. ar. de spon. c. cum in tua. Et ꝙ hic dicitur locū habet quādo vir simpliciter dicit ꝙ eā cognouit: mulier vero iurat ꝯtrariū cū septima manu ꝓpinquoꝝ aliq̄ ꝓsūptione arriditatis. vel ipedimēto ꝓcedēte. Anto. de Bu.

q Uod sedem. Impotens ad copulam est impotens ad matrimonium contractum sine sit impedimentuꝫ etatis siue nature. h. oc dicit. ¶ Nota primo ꝙ ille dicitur puer qui impotens est ad coitum. ¶ Nota secundo ꝙ omnis puer ⁊ sic etiam ante pubertatis annos quilibet presumitur ad coitum impotens donec contrarium probetur. de quo. s. de desponsa. impub. c. ij. ¶ No. tertio ꝙ illud quod operatur temporale impedimentum: quo ad tempus illud operatur perpetuꝫ imperpetuū. ¶ No. quarto ꝙ impotens ad finem actus vel aliquid de eius fine ipotens censetur ad actum. Et aduerte ꝙ quedam est impotentia coeundi ex animo vt in furioso hoc impedit matrimoniuꝫ contractuꝫ. xxxij. q. vij. neqȝ furiosus. Quedaꝫ est impotentia coeundi ex vtroqȝ vt in impubere ⁊ infante ⁊ etiam hec impedit. Ista sunt verba Uinc. ⁊ Jo. xxxiij. q. i. in summa. ¶ Ob. ꝙ ipotentes ad coeundum possunt contrahere. C. de nup. l. sancimus. xxxij. q. i. nuptie. Ubi senes qui natura defecerunt possunt matrimoniuꝫ cōtrahere. Glo. dicit ꝙ hec decre. facit ꝙ contrahere non possunt. veritas tamen se habet in oppositū quia in senibus dicitur humanitatis solatiuꝫ vt ibi ⁊. xxxi. q. i. apperiant. ⁊ c. si dormierit. Ad hanc decreta. respōdit ꝙ quedaꝫ

est impotentia nature ⁊ hic īpedit matrimonium. Quedaʒ est impotentia accidenter ⁊ illa non impedit: quia habitus omnino non est extinctus: nam senex aliquando mouetur Glo. ⁊ doc. tenent ꝙ quidam sunt impediti ex etate ⁊ tales non contrahunt. Quidaʒ sunt īpediti frigiditate ⁊ tales non contrahunt. Quidam sunt īpediti maleficio ⁊ an tales contrahant. dicam ī. eo. c. si. Quidam sunt impediti: quia spadones sunt ex postfacto castrati ⁊ carentes vtroqʒ testiculo ⁊ de his tangit glo. xxxij. q. vij. c. hi qui. Et ibi Jo. dicit quosdam dicere ꝙ contrahere possunt. xxvij. q. i. c. nuptiarum. xxxiij. q. v. c. quod deo. ff. de iur do. l. si seruus. §. si spadoni. Recitat alios dicere contra cum non sint habiles ad prolem ⁊ sic ad finem matrimonij re vel spe. xxvij. q. ij. omne. ⁊ hec fuit hic opi. la. Jo. ibi concludit aut sunt castrati ⁊ virgaʒ erigere non possunt: nec habēt eaʒ rectaʒ: ⁊ tales sunt inhabiles ad matrimoniuʒ: aut habet virgam rectam ⁊ erigere possunt: ⁊ tales licet non sint potentes ad resoluenduʒ sperma: ⁊ ibi est matrimoniuʒ: quia cuʒ talis satisfacit mulieri sic ⁊ mulier satisfacit viro siue resoluit siue non ergo possunt contrahere nec exigitur ꝙ in matrimonio semper sit spes filiorum: sed sufficit ꝙ non caueant prolem. xxvij. q. ii. solet. Cōmunis opinio habet ꝙ ex quo est priuatus vtroqʒ testiculo ꝙ contrahere non potest. ⁊ hanc opi. sequitur Jo. quia est ineptus ad prolem. ⁊ idem Vincen. ⁊ idem Ray. sequitur in rubrica de impossibilitate coeundi §. vidimus. ¶ Nūquid autem dissoluatur illud castrati matrimoniuʒ de presenti ante copulaʒ. Dic quod non: nisi intret monasteriuʒ alter coniuʒ: nec compellendus est vt intret: vt sic sponsalia possit contrahere ⁊ tenebit eā quo ad alia seruitia. xxvij. q. i. nuptiarum. xxxiij. q. v. Quod deo. secunduʒ Hugo. ⁊ ponit Archi. in. d. c. hi qui. Quodam est impedimentuʒ quia caret quis altero testiculo tantum ⁊ talis contrahere potest. vt in. d. c. spadoni. ⁊ ideʒ etiam dicūt doc. vt recitat Archi. in. d. c. hi qui. Nunquid auteʒ per coitum castrati si prouocat coniunctam ad resolutionem spermatis contrahatur affinitas. vide ꝙ scribit Archi. in. d. c. hi qui. ⁊ in. c. Fraternitatis. ī. de eo qui cog. consang. Inno. aliqua declarat que obmitto quia turpe est loqui: sufficit per alios scriptuʒ esse ⁊c̄. Antonius de Butrio.

c X litteris. Naturale impedimentuʒ ad coitum irreparabile arte medicoruʒ matrimoniuʒ impedit. hoc dicit. In prima narrat̄ consultatio. In secunda responsio. ibi. respondemus. ¶ Nota primo summariū. ¶ Nota secundo ꝙ vitium nature impotentia coeundi reparabile iudicio medicorum non impedit matrimonium contrahendum vel contractum. secus si est irreparabile. ¶ Ob. primo si mulier propter semen viri effecta est ex morbo impotens ad coeunduʒ: ergo non erat naturaliter īpotens: sed post copulaʒ effecta est īpotens iam consumato matrimonio illud dissolui non potest. xxxij. q. i. dixit. de coniug. lepro. c. i. ⁊ ij. Sol. dicit glo. intellige ꝙ hec mulier primo erat arta ⁊ impotens ad coitum. maritus cognouit eam ⁊ in copula vim intulit propter quod magis est reddita impotens. vnde propter īpedimentum ab initio non fuit matrimoniuʒ. ¶ Ob. secundo quia mulier impotens ⁊ inhabilis opere medicorū etiaʒ non potest contrahere cōtra. infra. c. fraternitatis. Sol. aut est impotens nec potest iuuari opere medicoruʒ sine periculo corporali: ⁊ talis est inhabilis ad coituʒ ⁊ ad matrimonium. quedaʒ est reparabilis opere medicoruʒ ⁊ si patiatur modicum vim: ⁊ talis potest cōtrahere ⁊ pati debet ex quo contraxit modicuʒ periculū. Ad hoc. c. sequens. ⁊ dic vt ibi statiʒ dicā post doc.

c Onsultationi tue. Cōtrahens sciēter cuʒ īpotente ad copulaʒ ab ea non separatur. hoc dicit. In prima narrat̄ consultatio. In secūda responsio. ibi. Taliter. ¶ No. primo ꝙ mulier clausa impotens ad copulaʒ est inhabilis ad matrimoniuʒ vtroqʒ sciente ⁊ consentiente ⁊ certificato de impedimēto: ⁊ sic non est matrimoniuʒ posito ꝙ non sit spes sobolis ex natura. ¶ Quero primo an veruʒ sit matrimoniuʒ īpotentium ad coeunduʒ scienter contrahentiuʒ. doc. sentire vidētur ꝙ non. Sed quedā obligatio est vt simul in castitate viuant ⁊ cohabitent vt frater ⁊ soror. vnde dicūt doctores ꝙ quādiu hic viuunt tollerādi sunt. sed si alter ipsorū viuat in honestate episcopus prouidebit. de offi. or. c. i. ⁊ c. licet. Et si maritus potens cuʒ alia contrahat ⁊ illam cognoscat tenet matrimoniuʒ secundū de spon. c. si inter. ⁊ c. is qui. Nā ⁊ si ligatus īpubes contrahere non debeat: valet tamē si cōtrahat vt no. de despon. īpuberum. de illis. dicunt tamen ꝙ talis contrahens tenetur sic artaʒ tenere ⁊ alere sm Hosti. ⁊ Innocen. plus dicit Hosti. ꝙ si potens ad copulam non posset continere ꝙ danda esset sibi licentia contrahendi. xxviij. distin. de his. ¶ Quero an quelibet īpotentia in muliere reddat ipsaʒ inhabileʒ ad matrimoniuʒ. Dicunt quidaʒ ꝙ sola arta contrahere nō potest: Alia auteʒ aliter īpedita sic secundum Hosti. qui dicit idē in quolibet alio īpedimento vt si sit in tantum arta vel lata quod de facto cognosci non possit. Ideʒ si ex aliqua latenti īfirmitate reddatur īcognoscibilis: ⁊ breuiter quomodocūqʒ sit irreparabilis. ī. c. proxi. ⁊ ī. c. fraternitatis. Anto. de But.

1 Audabilem. Tempus triennij est sufficiēs ad matrimoniuʒ cū frigido contractū. hoc dicit. Vel si de īpotentia coeundi constat separatur statiʒ matrimoniuʒ. alias cohabitabunt coniuges per triennium ⁊ tunc si cum septima manu propinquoruʒ iurant ꝙ dederunt operam carnali copule nec potuerunt cōmisceri separantur. hoc dicit. Cōmunis diuisio. diuiditur decre. in duas partes. Et prima pars loquitur quando vnus coniuguʒ dicit matrimoniuʒ consumatum. alter diffitetur. Secunda ibi. §. si autem. In qua loquitur quādo vterqʒ fatetur matrimonium non esse consumatum. hec est vera diuisio. In prima ponitur ꝯsultatio. In secūda responsio. ibi. Nos vero. Illa subdiuiditur. Et prima pars loquitur quando vterqʒ coniuguʒ non confitentur īpotentiam vsqʒ ad ver. si auteʒ. Secūda pars quod nunquā ibi loquitur quando vterqʒ cōfitetur. Prima pars subdiuiditur: quia prima loquitur quando simul esse non consueuerunt: alias nō cōsentiunt. Scōa quādo consentiunt. ¶ Nota prīo ꝙ īpedimētū frigiditatis potest esse naturale ⁊ accidētale. vt patet ibi naturaliter frigidis. ¶ No. secundo quod vbi frigiditas potest apparere per euidentia signa frigiditatis non datur probatio triennij. secus si non potest apparere: tūc datur ꝓbatio triennij: ⁊ cuʒ eo exigitur probatio per verum iudicium hoc est per iuramenta propinquorum. ¶ Nota tertio ꝙ ex solo contractu matrimonij cum alia videtur probari defectus frigiditatis. ex quo separatum est primum matrimoniuʒ. vnde tanquā ecclesia decepta primuʒ matrimoniū debet separari. ⁊ sic in causa matrimoniali sententia contra matrimoniuʒ non transit in rem iudicataʒ quando constat de errore debet retractari. ¶ No. quarto etiam ꝙ quando constat de frigiditate si cōiuges voluisit simul esse separandi non sunt. ¶ Venio ad versi. si autem. Nota primo ꝙ vbi fatentur coniuges impedimentuʒ non exigitur probatio triennij. sed solum sufficit iudicium iuramenti ꝓpinquorum vel vicinoruʒ bone fame ⁊ sic vicini quādoqʒ succedunt loco propinquoruʒ. ¶ Nota scdo ꝙ in iuramento purgationis debet iuramētuʒ corporaliter prestari ⁊ debent tangi sacrosancta euangelia. vide glo. in cle. i. de here. in verbo tacta. Et no. practicaʒ iuramenti taʒ ipsoruʒ coniuguʒ q̄ʒ etiaʒ ipsoruʒ consanguineoruʒ. ¶ Ob. prīo ⁊ videtur ꝙ littera sibi contradicat. Naʒ primo dicit ꝙ vt separentur expectetur trienniuʒ. in versi. si autem. dicit contrarium ꝙ statim separentur. glo. aliter non declarat. Inno. in

telligit primam partem quando alter contrahentium tantum fatetur frigiditatē ⁊ impotentiā coeūdi: alter nō. quo casu aut per euidentia signa potest constare de frigiditate ⁊ nō expectatur triennium: sed statim separantur cū iuramētis propinquorū: aut nō apparent euidentia signa ⁊ tunc probantur per triennium ⁊ sic probato īpedimento si cōsentiant simul habitare bene quidē. alias separant: ⁊ si maritus contrahat cōiunguntur. Si vterqꝫ cōsentit ⁊ cōfitetur ipedimentū procedit. ver. si autē. ꝙ sufficiant iuramenta propinquorū: nec exigitur ꝓbatio triennij: ⁊ sic debet intelligi tex. hic in si. ⁊ .s. c. i. §. fo responso. ⁊ hoc declarat verū indiciū. Sed. Hosti. cuius est mos destruere textus dicit quod hic versi. si aūt. nunqꝫ potest dupliciter intelligi. Primo ꝙ sit expositio eius ꝙ dictum est in primo casu de triennio. Nā dicit ꝙ debeant cohabitare triennio ⁊ postea ꝓbari per verum iudiciū. hic declarat quid est verum iudicium. s. iuramenta cōiugū ⁊ propinquorū. Uel secūdo dicit ꝙ exponit illud qđ est dictū in primo casu in eo quod dixit ꝙ quando apparēt vera indicia non expectatur triennium: sed statim separantur: quia hoc intelligitur ipsis iurantibus ⁊ ꝓpinquis. dabitur tñ tēpus arbitrariū. Iste intellect⁹ Hosti. omnino repugnat littere qꝛ ver. si autē. venit aduersatiue ad ꝑcedentia dicta: mirabilis ergo est intellectus ꝙ intelligant vt exponet ⁊ declaret. Qua re Inno. melius dicit sꝫ secūdū h̄ obuiat prio dicto vbi dicitur ꝙ apparentibus signis frigiditatis seppatur matrimonium nullo expectato triennio vel alio interueniente: sed hoc est falsum: quia saltē debet interuenire iuramēta ꝓpinquorū ⁊ hoc placet. vt. s. dixi. c. primo. Sol. tex. dicit si frigiditas probari possit ꝙ ante triennium separatur: intellige si probari possit per euidentia signa ⁊ etiā per iuramenta propinquorū ⁊ hoc placet. ¶ Quero erga istā partē an sufficiat triennium a tēpore contractus vbi exigitur glo. dicit ꝙ non. sed exigitur a tēpore cohabitationis a quo dederunt vel dare potuerunt operā copule: imo non sufficit cohabitatio nisi ⁊ copule darent operā. xxxiij. q. i. requisisti. ¶ Quero. ij. an h̄ ꝓbatio triennij habeat locū in maleficiato: videtur ꝙ fiet fortius qꝛ maior exigitur ꝓbatio impedimento accidētis ꝙ̄ nature. Ad hoc. i. c. fi. ¶ Quero tertio quid dicatur iustum iudiciū per qđ apparere possit post triennium frigiditas. Dicit glo. ꝙ per testes vel per aspectū corporis. intelligo ꝙ dicit per testes. i. primo per iuramenta propinquorum ⁊ sic intelligunt docto. Unde dicunt ꝙ solus nō sufficit aspectus. quia in tali sepe fallitur manus ⁊ oculus obstetricis. ¶ Quarto quero quia littera dicit ꝙ sufficit ꝓbare ante frigiditatē euidenter. ⁊ sic appet ꝙ nō erit necesse expectare triennium. ¶ Quero. vj. quō possit ꝓbari ante ipedimentum frigiditatis. dicunt doc. puta qꝛ vir habet membrū siccum vel mulier appet oīo arta ⁊ inepta. s. c. i. vel pōt prius ꝓbari quia ambo cōfitentur ipedimentum ⁊ multa signa frigiditatis appent ⁊ ꝓstantur iuramēta parentū. Dicunt tamē hic doc. ꝙ si oīo apta est impotētia vel in arta ꝙ non exigentur iuramenta ꝓpinquorum: quia talis est infallibilis probatio secundum Inno. ¶ Concludo ergo istam ptē vt aliquid reportes si querit an ⁊ quādo admittantur coniuges ad dicendum de frigiditate. s. ira. c. i. §. eo. Si queritur vbi admittuntur qualiter ꝓbetur frigiditas. dic ꝙ quandoqꝫ ante triennium appent signa omnino apta: vt quia mulier est arta. ⁊ tunc ex hoc solo separant: qꝛ hec est apertissima ꝓbatio ⁊ nō expectetur triēnium nec etiam expectantur iuramenta ꝓpinquorū secundum Inno. ⁊ doc. hic idem dicit Inno. si vir habet mēbrū siccū sed ꝯtrū dicit. s. c. i. quia sicut emittit vrinā ita potuit emittere semē. ⁊ pro tanto istud non cadit sub isto mēbro. Idem puto ꝙ sit vt. s. dixi si appereret ꝙ vir habeat incisa virilia vel est castratus vtroqꝫ testiculo: quia cum talib⁹ pōt haberi euidētissima ꝓbatio. Idē dicunt doc. ꝙ si appet quia sentētia est lata: alias ⁊ iste ꝑpter frigiditatem ab alia separatus est. Quādoqꝫ de impotentia non potest haberi certa ꝓbatio: sed verisimilis ⁊ euidens vt quia habet siccum mēbrum ⁊ tūc exigitur solū iuramentū ꝓpinquorū vt etiā dixi. s. e. c. i. Quandoqꝫ de impotentia appet ꝑ signa dubia que ꝑsumptiue cōcludunt ⁊ sunt plura vt dicit Hosti. s. quia aut sunt in semiplena pubertate. puta vir habet. xv. vel. xiiij. annos ⁊ expectabitur tunc vsqꝫ ad plenā pubertatem ⁊ dixi. in. c. ij. §. de despon. impub. ⁊ sic si est. xvj. annorū expectabatur. ꝑ biennium. C. de diuor. l. In causis. si. xv. annorū ꝑ triennium. in auc. de nup. §. per occasionē. Si. xvij. ꝑ vnum annum. Si. xviij. per mensem vel duos arbitrarie. s. e. c. i. ⁊ sicut scribit ibi Hosti. ⁊ vltra hoc exigentur tūc iuramenta ꝓpinquorum. Si autē esset in plena etate sepentur ex solo iuramento propinquorum alio tempore nō expectato. ⁊ sic declarat tēpus ꝙ exigitur arbitrarium secundum Hosti. s. c. i. Nā si nulla apparent signa vel leuia frigiditatis exigitur probatio triennij vt hic ⁊ vltra hoc iuramenta propinquorum. ¶ Uenio ad secundam partem prosequendo intellectum Inno. s. ꝙ loquatur quādo vterqꝫ confitetur ipedimentū: hic videtur probari ꝙ exigatur sola probatio septime manus ꝓpinquorū. Sꝫ huic obuiat ꝙ dixi. s. c. i. vbi etiā exigitur vltra hoc ꝓbatio per triēniū. Quādoqꝫ fatetur Inno. hic ꝙ sufficit sola ꝓbatio ꝓpinquorū. ⁊ sic sibi ꝯtradicit. Sed dico ꝙ ibi dicit est melius ⁊ sic est temperanda decre. ꝙ sufficiat. secūdū tamen distinctionē quam ibi posui si vis sustinere Innocen. dic ꝙ quandoqꝫ vterqꝫ fatetur impotentiā ⁊ sufficiunt iuramenta propinquorū vt hic: nec exigitur triennium nec alia ꝓbatio nisi aspectus corporis. quādoqꝫ fatetur ꝙ iam non cognouit negat tamen impotentiam: quia dicit se habere potentiam cognoscendi. alias ⁊ ꝑcedat distinctio quā posui. s. c. i. ⁊ sic loquitur. c. fi. i. e. Quandoqꝫ negat vterqꝫ ⁊ ꝑcedit prima pars tene ꝙ via tutius est illud ꝙ dixi. s. c. i. ⁊ id seruatur qꝛ debet iudex in probationib⁹ potius superabundare quā deficere vt etiam ibi dixi. quia dicta procedunt in frigido. Quid autem in maleficiato. dic ꝙ expectandū est triennium. ⁊ fortius quā in frigido: quia hoc est īpedimentū accidēter: illud nature. Ideo dicit Hosti. ꝙ nō semꝑ in frigido expectatur triennium: sed semper in maleficiato expectatur. i. e. c. fi. ⁊ que sit rō ibi dicit. ⁊ hic tenendo opi. eādem quod propter maleficiū separetur. de quo dicam. i. c. ꝓxio. ¶ Ultimo restat videre duo dicta. Primū qꝛ dicitur qđ si vterqꝫ volunt probato ipedimento simul remanere possūt: videtur ꝙ non exigatur vtriusqꝫ consensus. sed sufficit cōsensus illius qui ignorabat impedimentum: quia sciens contradicere non potest. de eo qui. dux. c. i. Sol. glo. exponit vt sufficit ꝙ solus ignorans cōsentiat. vel dicitur ꝙ exigitur consensus vtriusqꝫ quia sufficit sic scriptum esse. ⁊ hoc ideo qꝛ nullū est matrimonium nec aliquod vinculū. ideo tene ꝑmum in. c. si quis accepit. xxxij. q. i. in si. ꝑme. glo. in tene glo. ad hoc. ꝙ no. s. e. c. i. Secundo dicitur ꝙ si alter ipsorum cōtrahat cum alia sepatur matrimonium. ¶ Hinc ob. duo. Primo. xxxiij. q. i. si ꝑ sortiarias. vbi apparet ꝙ si aliquis est impotens ⁊ sepatus ab ea licet postea aliā cognoscat matrimonium non integratur. Sol. contra. procedit in ipedimēto accidentis per maleficium ꝙ potest restringi ad certā personā perpetue. ideo ex eo quod aliam cognoscat nō detegitur ꝙ sit potens ad cognoscēdum illam a qua separatus est. Impedimentū autem frigiditatis reddit quem impotentē ad coitum cū quocūqꝫ. ideo consito qđ aliam cognouerit apparet quod est potēs quo ad illam etiam a qua separatus est: quia hoc non est determinabile ad certam personam: ⁊ sic loquitur hic ⁊ . s. e. c. i. ¶ Ob. secundo quia nō videtur quod ex solo contractu cum alia debeat ab illa separari ⁊ integrari primum matrimonium: quia per hoc nō apparet quod frigiditas subsit ex quo non cognouit eam. ⁊ sic non apparet falsitas impedimenti. Sol. intellige qđ reintegratur primum quando secundā acceperit subaudi ⁊ eam cognouit. Idem si alias apparet ipsum mulieres cognoscere: licet cum nulla contrahat secundum docto. ⁊ hic

sic intellige hoc.c.in duobus locis et.§.c.i. Tertio dicit hic q si cōtrahat cū alia subaudi et cognoscat q hi qui iurauerunt deteguntur piurij.glo.tñ dicit q solus vir et vxor nō cōpurgatores:qz licet sit falsum q iurant vir et vxor.pōt esse verū:quia iurauerunt cōpurgatores.s.q credebat illos verū iurare.Idē dicit Jo.xxx.q.i.c.ij.dicit tñ Hosti.q mulier non cogitur iurare virū ipotētē:sed sufficit q vir et quādo fuit sibi impotēs:qz nunqȝ cognouit eā:lz ipsa se nō subtraxerit sed adhibuit diligentiā:et si secundū conscientiaz h fecit nō deierauit qz ius masculus frigidus nō fuit:et aliaz cognouit.Et hoc pz ex littera que dicit q habēt iurare quod nunquā vna caro effecti sunt.Abbas ponit hic vnā conclusionē quā ponā.i.e.c.fi.vbi.cōcludā totū titulū et q dixi hic et.§.c.i.Et q dicā.i.e.c.sequenti. Antonius de Butrio.

Fraternitatis.

Propter artationē mulieris si preter diuinū miraculū absqz periculo corporali habilis reddi nō pōt separat matrimoniū. Tamē reintegratur si postea appareat ecclesiam fuisse deceptam.h.d. Communis diuisio.Fa ibi.Quāuis. ¶ No. primo qz Archipresbyter.pōt cognoscere decā matrimoniali q est vez de mādato episcopi alias nō:vt no.§.de cōsang.et affi.c.i. ¶ Nota secūdo q sup copule potentia et an mulier sit arta vel nō statur iudicio matronarum et testimonio. Et no.qualitates requisitas erga tales matronas. Primo exigitur q sint due ad minus et sue parrochie. Secūdo q sint proude et honeste. ¶ No.tertio q pceptū vt sub periculo anime testis dicat veritatē subrogatur loco iuramenti. idē in fidei prestatione.Ad hoc.§.quod me.causa.c.ad aures. ¶ No.quarto practicā articuli i probanda ihabilitate ad copulam habili ad separandum matrimoniū:quia articulus debet concludere mulierē indiffinite inhabilez quo ad oēs et quo ad omne tempus ita q non potest esse mater vel coniunx aliquo tempore. ¶ No.quinto practicā q hz seruare iudex in separatione matrimonij.debet enī inducere inhabilē inquantū potest ad religionis ingressum. Et no. quod vbi affirmatiua est exponibilis in negatiuaz et ecōtra negatiua probabilis est. Ad hoc de renunc.c.sup hoc.de elec.c.bone d.i. ¶ No.sexto q promissio cōtinentie necessarie nō infert votum solēne. Ideo sit cautus volens pbare professionem vt nō articulet de sola pfessiōe cōtinentie.et q promissio cōtinentie potest esse simplici verbo et votū solēne non arguit votum solēni quādo fit in domo remanēte et ad religionē nō transeūte vel respectu nō certe religionis vouēte.solēne aūt arguit quando fit a transeunte ad certaz religionem vel illo respectu se vouente.vide qō dixi.§.qui.cleri.vel vo.c.rursus.et.c.insinuante. ¶ No.septimo q illud non dicitur ppetuum impedimentū q preter diuinum miraculū per opus humanū absqz periculo corporis reparatur.Et sic ecōuerso. No.q illud dicitur ppetuū ipedimentum q per diuinū tantum miraculū est reparabile:sed forte est reparabile:sed non sine mortis periculo.et sic illud nō dicitur non possibile q dependet a solo dei miraculo.vide quod scripsit Inno.in.c.pastoralis.de causa pos. ¶ No. viij.quod sententia in causa matrimoniali lata etiaz ex probabili errore nō transit in rem iudicatā.an possit errore cōperto retractari. ¶ No.ix.quod vbi duo separentur habēt in exercitio ad actuale exercitiū vnius cōcluditur exercitij potentia in alio.Ad hoc de dolo.c.cuz dilecti. Et ideo mulier cognoscibilis quo ad vnum est cognoscibilis:quo ad alium:secus si nō pares in exercitij potentia.volēs ergo infringere probationez pbata disparitate obtinet. ¶ No.x. quod ex futuris quandoqz declaratur quid in preteritum. ¶ No.xi.quod error cause ipellentis ad religionis igressum nō viciat ingressum:et qō religionis ingressu soluitur cōiugiū aū copulā adeo quod in seculo remanēs habet potestatē cum alia cōtrahendi.et valet matrimoniū:nō tamē soluitur voto solēni absqz religionis ingressu:vt pz qz hic quādo vouit solēniter nō repellitur ex voto sed ex adulterio secundum Inno. ¶ Nota xii.quod sicut ex violatione matrimonij mulier dicitur cōmittere adulteriū.ita et ex violatione voti solēnis cōmittitur adulteriū spirituale:quia violat vinculū sponsaliorū et matrimoniū cum deo cōtractum. ¶ No.xiij.qō dicatur votū non solēne quod simplici verbo mulier continentiam promittit sic absqz alia solemnitate se nō astringendo ad aliam determinatam religionem.vide circa hoc q scripsi.§.qui.cleri.vel vo.c.meminimus.et.c.rursus. ¶ No.xiiij.q probabile dubium surgens ex facto īpedit adulterium et probabile dubiū etiā iuris excusat delictum.Ex.ver.p hoc autē hic nō possunt colligi determinata notabilia nisi q non est de facili pcipienda sententia in his causis matrimonialibus cū finale iudiciū pēdeat ex futuro euētu. ¶ Uenio ad materiā et hanc decre.legā per partes. Primo primā expediā vsqz ad ver.quāuis. In hac parte gl.signat duo cōtra. ¶ Ob.prio et vt q mulieres nō potuerunt deponere super hoc q nō esset apta ad matrimonium que erat negatiua.§.ò elec.Bone. Sol.dicit glo.q negatiua hec est exponibilis in affirmatiua.ideo probabilis est.de renunc.c.sup hoc.cōtrariū procedit quādo est pura et nō pregnans remittit ad ibi notata.dicit tamē doc.q hec probatio non est certa. ¶ Ob.ij.quia dicit quod mulieri deerat naturale instrumentū hoc falsum est:quia nō potuisset ab alio cognosci et contrariū patet infra. Itē quia nō potuisset viuere.Sol.dicit glo.q deerat et inutile habebat per q patet q paria sunt aliquid deesse vel aliquid inutile esse.ff. de dolo.l.non in.et de resti.spol.c.olim. ¶ Circa istaz partem quero primo an si adsunt mulieres que attestantur de defectu instrumenti ad probandā impotentiam exigantur iuramenta propinquorū:glo.dicit q nō:ex quo deponunt de euidenti impotentia membri.et sic glo.restringit illaz prestationē iuramenti.demū locū habere quando allegatur impedimentum frigiditatis.Hosti.dicit q illa prestatio iuramenti habet locum in omni casu in quo non constat de euidentia impedimenti seu euidenter nō constat de ipotētia et hic forte fuit adhibita.licet littera hoc nō dicat:et hoc supplere non est contra litterā. ¶ Quero secundo an iste matrone adhibeantur sine iuramēto:et dicit glo.q nō ne aliquā in fraudem matrimonij dicant.vt patet.§.de eo qui cogno.consan.vxo.sue.c.super eo. Et dicunt aliqui q hec attestatio habetur loco iuramenti.sic.§.de appel.cōstitutus. Idē dicunt de attestatiōe sub fide sua.vide.c.ad aures.§.q me.cau. ¶ Quero tertio quare de parrochia exigunt matrone.dic quia tales presumuntur melius quo ad famaz habere maiorem notitiam de impedimento.§.de elec.c.post qz et.c.scriptum.de vicinia tamen et extra debet queri ex parte mulieris et caueri debent ne sint nimis iuuenes ppter inexperientiā nec nimis antique ppter visus defectum. Nam cuz manu et oculo talia sunt pbanda.§.de proba.c.proposuisti.et.c.causam.et ppter mulieruz medicinas antequā inspiciatur consulunt Hostie.q mulier in aqua calida prius lauetur et diu moretur et interim sub fide custodia teneatur ne possit iterū apponere medicinas.ff.de ven.inspi.l.i.debent etiā esse honeste ne sint lenones vel viles que pro minimo deierarent et corrumpi possent et omni peccato consentirent.In auc.de leno.colla.ii.et.C.de decurio.l.vltima.li.xi. Et dicit Hosti.quod in talibus nō possit adhiberi nimia diligētia. vnde in talibus per inspectionem viri et mulieris et iuramēta vtriusqz et propinquorum debet laborare ad veritatem:maxime quia oneratur iudex cuius arbitrio talia committuntur et latet sepius quod si deligenter inuestigaretur appareret.et prosequitur alia verbosa que vide per te non sunt vtilitatis. ¶ Uenio ad versi.quāuis.quē expediā vsqz ad versi.et si predicta. Hic signatur vnum contrarium in glo. Naz dicitur hic quod sententia lata errore comperto retractatur.Cōtra.quia pretextu pbationis nouiter reperte sententia non est retractanda.et est casus in.c.cum inter.de sen.

⁊ re iudi. Sol. dicit glo. quod quandoqȝ sententia detegi-
tur lata ꝓbabili errore ⁊ postea clare detegitur error ⁊ sen
tentia illa retractatur: vt hic ⁊ infra de purgatio. vulga. c. si
gnificantibus. Aut solum reperitur noua probatio: ⁊ talis
non viciat sententiam: quia ex hoc non detegitur probabi-
lis error. Aduerte si ista glo. ponderat errorem non est ve-
rum: quia solo errore non retractaretur: vt patet in dicto. c.
cum inter. Ideo declaro aliter glo. quandoqȝ sententia est
lata non omnino ex certa probatione: vt est ꝓbatio per aspe
ctum que fallit ⁊ fallitur ⁊ detecto errore retractatur. vt hic
etiam dicit. c. significantibus. ⁊ facit. l. admonendi. ff. de iu-
reiuran. aut est lata integra probatione ⁊ nō retractatur cō
perto errore ⁊ nō potest retractari. fallit in causa matrimo
niali que non transit in rem iudicatam: ⁊ sic potest alio mo
do intelligi hec decre. supra de re iudi. c. lator ⁊. c. consan-
guinei. ¶ Habes ex hoc duos casus in quibus retractat
sententia. Alium assignat Inno. quando aliquid proponi-
tur in secundo iudicio de quo non fuerit in primo proposi-
tum. alle. de fide. instru. c. cuȝ Joannes. ¶ Secūdus quā-
do notorie cōstat de iniusticia prime sententie: quia semper
debet veritas preualere ea cooperata. viij. dist. in. c. veritate.
⁊ sic posset esse hic. Nam hic constabat notorie de falsitate
prime sententie ꝙ dictuȝ no. quia hic habes expresse ꝙ sen-
tentia contra notorium lata est inualida ⁊ plus quod illud
quod dicitur sententiam iniustaȝ non retractari nisi appel-
letur: est verum quod nō potest retractari nisi quādo noto-
rie constat de iniustitia ⁊ euidenter facit euidētia. ⁊ hec est
causa quare sententia quā profert quis iniustam retractat
vt notāter scribit Inno. in. c. pleriqȝ. de immuni. eccle. Et ad-
uerte ꝙ hic ampliat illud dictum ad aliam notorietatem.
Quid autem si cōstat in iudicio per probationeȝ iudiciali-
ter factā in iudicio de iniusticia. vide ꝙ scripsi. de proba. c.
quoniā cōtra falsam. super vlt. glo. ⁊ vide ꝙ scripsi. de re iu
di. c. cū Bertoldus: ⁊ quod scripsi post Inno. in. c. ex teno
re. de appel. ⁊ de rescriptis. c. cū dilecta. vbi ponit Inno. ⁊
ꝙ scribit glo. in clemē. sicut appellationeȝ. de appel. ꝙ non
possit saluari dictū Innocē. post hoc dictuȝ: quia probatio
iudicialis trāsit in notoriuȝ. vt scripsi de cohabi. cleri. ⁊ mu.
c. vestra. ⁊ sic videt ꝙ detecta iniusticia per probationes ex
quo aliquid nō opponitur: q: talis sententia vt iniusta retra
ctetur. alias nō. An sententia lata cōtra notoriū teneat. vide
qđ scripsi hic i. c. ab excōmunicato. ꝯ rescrip. ⁊ ꝯ sen. ⁊ re iu
di. c. inter monasteriū. ⁊ vide Inno. de ꝯces. preben. c. cum
sup. quod no. in. c. per tuas. infra de sen. excō. ⁊ vide tex. de
appella. c. solicitudinē. ⁊ de re iudi. c. inter cetera. ¶ Ob. ij.
huic decre. quia dicit ꝙ īpedimentū reprobabile nō impe-
dit cōtractū: hoc est falsuȝ. Nā impedimētuȝ maleficij īpe
dit. xxxiij. q. i. si per sortiarias. ⁊ tn̄ illud nō est perpetuū: q:
potest remoueri preter diuinū miraculū. saltem per illū qui
ipsum induxit: quia quicqd ligatur dissolubile est. in auc.
de nup. §. nuptias. Sol. quidā dicunt quod illud. c. non te-
net: hec truffa est. Alij dicunt ⁊ soluunt ꝙ aut allegatur im
pedimentū ex parte mulieris. ⁊ sic distinguitur an sit repro
babile aut nō vt hic. aut ex parte viri allegatur maleficiuȝ
⁊ indistincte matrimoniuȝ dissoluitur vt ibi. tamen non est
bona solutio: quia nō debent ad imparia iudicari ⁊ non est
dare maiorē causam in vno quā in alio. Alij dicunt ꝙ male
ficiū presumitur perpetuuȝ eo ꝙ habitauerunt triennio ⁊ se
cōiungere nō potuerunt: si tamē detegatur quod nō sit per
petuuȝ reintegratur: sed nō tetegitur eo modo quo alia im-
pedimenta in aliis: distinguitur: aut apparet potēs quo ad
alium vel aliam ⁊ presumitur potens quo ad virū a quo vl
a qua separatus est. ⁊ sic reintegrat vt hic. ⁊. §. c. proxi. ⁊. c.
i. ⁊ hoc quia īpedimentuȝ non est verisimiliter restrictibile
ad certam personā. Nā data potentia quo ad vnuȝ datur
potentia quo ad reliquuȝ. In maleficiatis autē. aut cogno
scitur per eundem ⁊ detegitur error perpetuitatis impedi
menti. ⁊ sic reintegratur. aut apparet separatus vel separa-
ta cognoscibilis per alium. ⁊ tunc nō detegitur error per-
petuitatis quo ad istuȝ. Ratio quia possibile est ꝙ sit male
ficiatus quo ad vnum ⁊ non quo ad alium. quia talia īpedi
menta sunt quo ad personam certam restrictibilia. per hoc
omnino satis fit contrario: quia in veritate hoc nō est perpe
tuum cum sit dissolubile. sed dic quod maleficiuȝ indubio
nō presumitur perpetuū. quia dissolubile est vt opponitur:
tamē si probatio sit facta triennio presumitur perpetuū. Et
si dicatur adhuc est dissolubile. Respondetur ꝙ nō est dis
solubile nisi miraculose per vnū ⁊ ꝙ ab diuina potestate de
pēdet miraculum dei. vt no. in. c. pastoralis. de causa pos. ⁊
proprie. Item ꝙ nō dissoluitur tale īpedimentuȝ nisi per vi
res herbaruȝ vel aliarū reruȝ: ⁊ maxime potest dici perpe-
tuum si is qui fecit vel non inuenit vel destruere nescit ⁊ ma
xime quādo datur per cibum vel potum. Omnia hec pro-
cedunt vt ꝓpter maleficia dissoluatur matrimonium quā-
do processit maleficium. secus ergo si matrimoniuȝ secutuȝ
est. q: tunc non dissoluitur. xxxij. q. vij. Hi qui. ⁊. q. v. si vxo
rem. Et si dubitetur an precessit quid erit. quidaȝ dicunt qđ
debet presumi quod ꝑcessit: ⁊ sic separantur nec maneāt im
pediti. argu. C. de edili. edic. l. iiij. Nec ob. c. licet ex q̄daȝ.
de testi. in fi. quia illud verum quādo matrimonium potest
habere effectuȝ scilicet fornicationis euitationeȝ vel bonuȝ
prolis. ⁊ sic nō potest separari ꝓpter impotentiaȝ coeundi.
Nota hoc dictum q: limitat illud quod dicit ꝑsumi ꝓ ma
trimonio quod est bene notandum. Ego puto quod petēs
diuortium artetur ad probandum maleficiū ꝑcessisse: quia
hec est sua intentio Sed si aliquis petat aliquam in vxoreȝ
forte posset precedere primū dictū si ambo ꝯsentirent in se
paratione ⁊ adhuc posset ꝓcedere secundum dictū q: vterqȝ
peteret sepationē. ¶ Quero an ꝓcedat ꝙ hic dicit. s. vt
separata reuertat ad primū siue hoc ꝯtingat ꝙ sit repata ꝑ
medicū siue per alium. glo. dicit ꝙ idem vtrobiqȝ quia hec
decre. non distinguit. ¶ Quero qualis potestas repandi
exigatur vt sit matrimoniū. glo. dicit ꝙ intentio littere est.
aut impedimentū est reparabile cū graui periculo ⁊ impe
dimentū est ꝑpetuum. aut cū leui ⁊ non est ꝑpetuū. Innoc.
dicit ꝙ qualitercunqȝ repetur restituenda est primo viro
nisi appareret omnino impotens. Idem Hostiēsis dicens
quod quantumcūqȝ graue periculum fuerit semper resti-
tuēda est primo viro ex quo repata est ⁊ ex quo cognita est
a primo ⁊ secundo adherebitur primo. q: si vni est cogno-
scibilis. ergo ⁊ alij. Unde ad hoc vt reddat habilis ⁊ rein
tegret Primo sufficit ꝙ ab vno sit cognita vt ꝑsumat ab
alio cognosci nisi experientia appareat cōtra vt q: forte vir
habet lanceam grossiorē aliis improportionabilem mulie
ri ꝙ apparet ex sui euidentia. vt quia patitur elefantiam. ꝓ
sequitur alia turpia que obmitto. per hec dicit hic glo. ꝙ si
prior vir non posset eam cognoscere sine graui periculo qđ
non est reddenda primo viro: licet ex postfacto per coitum
secundi viri reddita sit apta priori. Inno. ⁊ Hostien. in hoc
vltimo cōtrario quia ex quo est facta apta primo restituen
da est: quia iam detectum est ipsam reparabileȝ fuisse. ⁊ sic
detegitur cum secundo nullum matrimonium fuisse. Du-
bitant hic vltimo doctores dum lazarus resurrexisset an
petere potuisset vxorem. videtur ꝙ non. quia si per miracu
lū hoc fit. ergo iudicatur tāqȝ de eo ꝙ fieri nō potest. ⁊ hoc
hic valde late prosequunt. satis habemus disputare de con
tingentibus. Hic enim casus nunquaȝ tibi eueniet ideo nō
fatiges in hoc tuum intellectum ⁊. vide hic per eos si vis vi-
dere non plus insisto. ¶ Uenio ad versi. ⁊ si predicta vsqȝ
ad versi. per hec autem. Et oppono primo ꝙ. tex. videtur
hic tria dicere. Primo quod si mulier separata transiuit
ad religionem vt promisit quod vir debet cuȝ secunda ma
nere. Secundo quod si mulier solemniter se voto obliga
uit: non tamen ad religioneȝ transiuit: quod vir cogitur ad
mulierem primam redire nisi eam vellet seu velit pretextu
adulterij repellere. Tertio ꝙ si mulier voto simplici obli-

ganit ⁊ solo verbo quod adhuc vir compellitur eaʒ recipe
re nisi sibi opponat adulterium. quod potest eo quod ipsa
certificata est de copule potentia habilis est ad copulã red
dita. ℭ Contra secunduʒ dictuʒ ob. quod voto solẽni sol
uitur matrimoniuʒ contractuʒ. vt patet ex no. §. qui cle. vel
vouen. §. insinuante. ⁊ c. rursus. Sol. dicit hic Inno. ꝙ quã
doqʒ votuʒ solẽne precedit matrimoniuʒ ⁊ dissoluitur ma
trimoniuʒ post contractuʒ vt in contra. quãdoqʒ matrimo
niuʒ precedit votuʒ etiaʒ ante copulam ⁊ tunc votuʒ subse
quens non dissoluit matrimoniuʒ: sic loquitur hic quod est
notanduʒ. Naʒ hic causa diuortij est adulteriuʒ non autẽ
votuʒ de quo vide ꝙ scripsi de conuersi. coniug. c. ex parte.
el. ij. Et ex hoc patet differẽtia inter ingressuʒ religiõis ⁊ vo
tuʒ solemne continentie. quia religiõis ingressus soluit ma
trimoniuʒ ante copulaʒ. de conuersi. coniug. c. ex publico.
non soluʒ votuʒ solemne de hoc dixi. §. qui cle. vel vouẽ. c.
insinuante. ⁊ vide in. c. duduʒ. de conuer. coniug. Quoddã
ergo est votuʒ cuʒ transitu ad religioneʒ ⁊ hoc impedit cõ
trahenduʒ ⁊ dirimit post contractuʒ: ante contractuʒ autẽ
aut precessit copulaʒ ⁊ non dirimit aut non ⁊ dirimit vt. d.
c. ex publico. Quoddaʒ est votũ solemne solius cõtinentie
⁊ tunc impedit contrahenduʒ ⁊ dirimit post contractuʒ an
te autẽ cõtractũ cuʒ copula siue sine copula vt hic. Quod
daʒ est votuʒ simplex ⁊ hoc impedit contrahenduʒ ante cõ
tractuʒ non tollit nec post contractuʒ dirimit vt patet. §. qui
cle. vel vouẽ. per totuʒ. hoc no. ⁊ tene menti. Nunquid antẽ
susceptione sacri ordinis soluatur matrimoniuʒ ante copu
laʒ: dicunt aliqui ꝙ sic sicut religionis ingressu: quia solem
nizatur ⁊ sic. c. ex publico habet locum etiã in solẽnizatione
voti per susceptionem ordinis sacri. Ioan. and. remittit de
voto. c. i. libro. vi. Ibi Ioan. an. dicit se disputasse cõtrariũ.
⁊ sic dicit determinatum per extrauagan. antique. adde. c.
ex parte el. ij. de conuer. coniug. xxvij. q. ij. desponsatã assi
gnat alias causas dic vt ibi sufficit ratio ꝙ non apparet hic
tantuʒ. ergo remanemus cuʒ regula. quo deus ꝯiunxit. ⁊c.
ℭ O b. ij. ⁊ videtur ꝙ pretextu copule cuʒ secundo nõ pos
sit mulier repelli exceptione fornicationis. quia nullã iniuri
am fecit vel facere intendebat primo matrimonio ex quo
ab illa separata erat. Naʒ fornicata fuit cum secundo tan
quaʒ soluta. xxx. q. i. c. Illud. ff. loca. l. si ignorans. naʒ adul
terium non cõmittitur sine dolo. xxxiiij. q. i. in lectum. ff. de
adult. l. pe. Iteʒ si aliqui separentur per sentẽtiaʒ ⁊ alter ipo
ruʒ fornicatur facit minoreʒ iniuriaʒ ⁊ minus peccat. xxxij.
q. vij. quẽadmoduʒ. Preterea per primaʒ fornicationem
non fuit apta primo viro forte nec multas. Igitur non po
test eis fornicationeʒ opponere. glo. soluit quod sicut ex fu
turo euentu apparet retro fuisse natus. ita ex futuro euentu
apparet ipsaʒ adulteriuʒ cõmisisse. ⁊ sic repellitur. hoc non
placet quia licet declaratio hec trahatur retro quo ad equi
tateʒ validandi matrimonij. quia hoc equũ est: non quo ad
inducenduʒ delictum vbi non est: quia hoc equuʒ non est ⁊
omnis factio fundatur super equitate. Ad hoc tex. hic qui
vult ꝙ mulier sit excusata dubio pẽdente. vt patet ibi quã
diu articulus. Ideo dicit ꝙ quãdoqʒ mulier sepata se iun
xit alteri fornicario coitu. hoc non est sub colore matrimo
nij. ⁊ tunc mulier repellitur: quia dato quod omnino nõ fe
cerit iniuriaʒ primo matrimonio quod putabat separatum
coniungendo se alteri fornicario coitu habet operaʒ illici
te rei. ⁊ sic vltra intentuʒ puniri debet. ff. de adul. l. si adulte
riuʒ. ⁊ nota glo. de sen. excõ. a nobis. ⁊ maxime quia consen
tiendo copule necessario consentiebat iniurie matrimonij
que surgere potuerat ex sine copule. ⁊ hoc voluit littera ibi.
vel se fornicario modo. Quandoqʒ talis mulier separata
iunxit se alicui in facie ecclesie scilicet contrahendo cũ alio.
⁊ hoc casu stante dubio facti ⁊ iuris ante quaʒ ista decreta.
emanassent planum ꝙ mulier erat excusata. quia probabili
ter ignorabat iniuriaʒ primi matrimonij ⁊ non dabat ope
raʒ rei illicite: ⁊ sic adulteriuʒ non potuisset opponi. ⁊ sic in

tellige. ver. quãdiu. quo casu excusatur ꝓpter multa. Pri
mo quia fuit per ecclesiaʒ separata. xxxij. q. vij. quẽadmo
dum. Secundo quia publice nupsit. Tertio quando in du
bio potuit bonaʒ fideʒ habere. Quarto quia sententiaʒ di
uortij lataʒ forsaʒ in perpetuuʒ valere credidit. Quinto ꝙ
nemo illi contradixit nec postea conscientiam turbauit. er
go nec adulterium cõmisit quod non cõmittitur sine dolo
secunduʒ Hostien. iura glo. alle. quandoqʒ mulier separa
ta a viro sub colore matrimonij. contraxit cuʒ secundo cer
tificata de hoc iure ꝙ hodie est factũ ⁊ certificata de facto:
quia sentit se cognoscibileʒ ⁊ tunc statiʒ debet presumere se
aptaʒ primo viro: vnde hodie post istaʒ constitutioneʒ non
excusaretur ab adulterio ⁊ posset repelli propter adulteri
um: ⁊ hoc voluit hec littera. ℭ Nec ob. ꝙ etiaʒ ante consti
tutioneʒ istam ipsa deberet reputari in dolo cuʒ matrimo
niuʒ sit de iure naturali. ⁊ sic quo ad illud vinculuʒ tenebat
quia excusata est ex quia super hoc constitutio ecclesie que
disponere potest: disponebat ex quo probabili errore facti
ad hoc ducebatur: vel dato quod facto nõ excusaretur quo
ad peccatuʒ naturale excusatur quo ad penas constitutio
nis ecclesie. vt est pena exceptionis adulterij. Primuʒ ma
gis mihi placet si tamen per primaʒ copulaʒ non fuisset ap
ta reddita viro vel etiaʒ per secundam non credo quod re
pelli posset: quia ex hoc non pateret adhuc de errore sepa
rationis primi matrimonij certificari vt sentit gl. ℭ Que
ro si mulier propter adulteriũ repellatur: an possit maritus
stare cum secunda. dic ꝙ non. quia iaʒ declaratur cum illa
non esse matrimoniuʒ quo ad substantiaʒ vinculi sed cũ pri
ma. imo si ipsaʒ cognosceret posset repelli exceptione adul
terij. ℭ Quero secundo quid si mulier fuisset igressa mo
nasteriuʒ causa probandi. ⁊ ibi fecit resalare instrumentuʒ:
an possit reintegrari primo matrimonio. dic ꝙ sic. qui rede
undo ad seculum postea cõpelleretur primo viro ad here
re. ℭ Tertio quero quo respectu potest dici fornicari faci
endo se cognosci post votuʒ solemne. Dicit glo. ꝙ violan
do votum si est solemne. ⁊ sic debet littera intelligi. dicitur
cõmittere adulterium spirituale: quia violat fidem mariti
spiritualis scilicet dei. ⁊ sic obstante fornicatione illa repel
litur sicut in carnali. Item quia contrahendo de facto cum
secundo dedit operam rei illicite ⁊ sic cuʒ non esset matri
moniuʒ cuʒ eo dicitur fornicata propter votuʒ: dicitur etiã
respectu ad primuʒ matrimonium ⁊ sic potest littera intel
ligi secundum glo. ℭ Quero quarto pono ꝙ separata est
propter artationem contraxit cum secundo post primũ coi
tum est petita a primo ⁊ reddita non inuenit eam capacem
sibi an sit restituenda secundo. Dicit glo. ꝙ sic: ⁊ est sic eti
am post secundum ⁊ tertium coituʒ secundi ⁊ sic in infinitũ
sm Io. glo. dicit ꝙ vsqʒ ad tertiam viceʒ tantum ⁊ non vl
tra debet restitui primo. imo tñ manere cuʒ secundo quo
niam tantuʒ due sententie post primam sunt ferende: quia
tertio appellare non licet. ij. q. vi. Si quis in quacunqʒ.
ℭ Nota mirabileʒ gl. que limitat ꝙ quotidie clamamus
sententiaʒ in matrimoniali causa non transire in rem iudi
catam: quia hoc verum est per vnicam sententiaʒ ⁊ lapsum
termini ad appellanduʒ: sed per binam confirmantem sic:
ꝙ no. ⁊ sic videmus ꝙ interlocutoria non transit in rem iu
dicatam quo ad inuicem. vt dixi de appel. c. cum cessante.
Et tamen bis confirmata non retractatur. vt in clemen. cuʒ
a repulsione. de appellatio. ⁊ no. By. ⁊ Barto. in. l. a diuo
pio. ff. de re iudi. quod est bene notandum. sed vt dixi. in. c.
consanguinei. ⁊ c. lator. de sen. ⁊ re iudi. Hanc glo. in hoc
non credo veram in causa matrimoniali: quia nullum vin
culum quãtũcunqʒ multiplicatum potest firmare actuʒ ex
quo surgit peccatum non remissibile per partem aut iudi
cem. Item in eo quod glo. directe dicit etiam neutra opini.
Placet docto. quia absurdum est ⁊ inhonestum ꝙ mulier
se turpiter duobus exponatur: nec transit cum modica ve
recundia vtriusqʒ coniugis. vnde statim cum apparet co

gnita a secundo inspicitur primus vir: ⁊ ipsa ⁊ secūdus vir ⁊ si habens similia membra presumitur ꝙ sit cognoscibilis primo viro ⁊ ei reddetur. Hostien. dicit ꝙ primo restituetur cum quo morabatur per triennium interdicto facto secundo. ne interim cum alia contrahat si potest cognosci infra triennium non mittetur ad secundum. si vero infra triennium non potest cognosci: potest restituere secundo sine spe restitutionis de cetero faciende ⁊ presumitur maleficium perpetuum infra. c. seq. Si vero interim secundus contrahat cum alia separabuntur ⁊ tādiu separati remanebunt quousqʒ diu sit triennium lapsum ⁊ sic apparebit an causa impedimenti fuerit temporalis: quia si primus ipsaʒ sibi restitutam cognoscat tenebit matrimonium suum. contra interdictum contractum licet contrahens debeat puniri penitendo. si vero non potest cognosci a primo separabitur ⁊ restituetur ipsa viro secundo. Idem dicit de secunda vxore primi ⁊ sic talia matrimonia pendent ex euentu: ⁊ hec sufficiant de isto secundo.

℄ Uenio ad versi. per hec autē. decreta. dicit per hec duas questiones solutas ⁊ non declarat quomodo. dicit glo. ꝙ prima intelligitur soluta per argumentū a contrario sensu. ff. in verbo absqʒ periculo corporali. quia alio non potest facto aut mulier est irreparabilis absqʒ periculo corporali ⁊ non est matrimonium: aut est reparabilis absqʒ periculo corporali ⁊ est matrimonium. si tamen de facto incidatur ⁊ cum periculo ⁊ facta sit habilis restituetur primo viro. ⁊ hoc dicit glo. in duobus locis in verbo simili ad finē glo. in precedenti parte. ⁊ dicit glo. in ver. debet: motiuum potuit esse glo. quia ea separata si per primam copulam non est reddita apta illi primo. illa copula consumauit matrimonium cum secundo. ex quo non suberat impedimentum primi: quia illa nondum erat apta: licet ergo per alias copulas reddatur apta: per hoc non debet restitui primo. quia prius est consumatum matrimonium cum secundo quā appareat declaratum primuʒ subesse. ⁊ hanc opi. sequit Uin. Communis opinio est in contrarium: quia iam est apta facta per opus humanum absqʒ alio miraculo. ergo nunc declaratur matrimonium semper fuisse cum primo. Igitur non valet secundum: quia nunc apparet ꝙ impedimentum fuit temporale: ⁊ sic apparet testimonium matronarum fuisse falsum: ⁊ hoc tenet Hostien. Nec ob. motiuum glo. ꝙ licet non fuerit apta facta per primaʒ copulam propter hoc non fuit matrimonium cum secundo. quia prius habuit copulaʒ cum adhuc erat possibile ipsam fieri aptam primo per factum hominis ꝙ euentus declarat. hoc ergo intercedente apparet ꝙ ipsa fuit semper vxor primi: licet nobis hoc non constaret antequam esset reddita apta: ⁊ sic vero concluditur ꝙ non est matrimonium cum secundo. quia matrimonium primum de presenti preualet secundo. de presenti etiam cuʒ copula. ff. de sponsa. duo. c. si. ℄ Uenio ad vltimū ver. scilicet de talibus. dicitur ꝙ finale iudicium pendet in talibus ex futuro euentu: quia matrimonium non posset esse in pendenti. vt patet in. c. penult. ff. de transla. prelato. Sol. matrimoniuʒ non potest esse in pendenti quo ad veritateʒ ⁊ substantiaʒ vinculi: quia vel statim est vel non est: sed bene certificatio ⁊ declaratio an sit vel non sit: quo ad nostri cognitionem ⁊ sic potest esse in pendenti. Nam aut ista est cognoscibilis ⁊ reparabilis aliter quā per miraculū ⁊ est matrimoniū nec fingit retro matrimoniuʒ declarato hoc. imo sic fuit. Iteʒ nec inceperit a tēpore declarationis imo fuit a principio: ergo solū retrotrahitur declaratio: ⁊ non substātia vinculi. glo. alle. similis. Si autē subest impedimentuʒ ⁊ est irreparabile aliter quaʒ per diuinuʒ miraculuʒ semp nō erat matrimoniū. ⁊ sic nullo tpe pēdet quo ad substātiā: sʒ solū quo ad nostri certificatiōeʒ. hic doc. ponūt suā pclusio nē quā ex certa scientia obmitto. sʒ dicā Jo. c. pri. Ant. d. bu.

